



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

15. An Clericis permissa sit jurisdictionis prorogatio? saltem in foro poenitentiae? An in causa civili prorogare pöint jurisdictionem iudicis secularis? Et quid de religiosis, alijsq[ue] exemptis à ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

L. si
erit
quia
cere
llam
e judi
ssim
nem
tum
o. d.
o no
licet
i de
pore
ed &
one
pro
ta
s ci
eum
erii
n li
dici
on
non
sit

fit, non valet, quod agitur; quia non con-
sentient qui errant *cit. L.* si per errorem;
Ad quod tamen sufficit consensus tacit⁹,
si qui facto fit. v. g. litis contestatione. *Tusc.*
ver. jurisdictione concl: 51. Denique requiri-
tur, ut lex prorogationem non prohibeat.
L. 1. & 2. ff. de jud. Tusc: concl: cit. 927. ea e-
nīm à lege originem & vim suam habet.
Atq; hæc permisso extendit se tantum ad
Judices sub eodem Principatu, quando-
quidem parum interest Principis à quo
Præside eius subditi judicentur.

15. Clericis tamen permisum non est,
ut absq; consensu Episcopi seu Ordinarii
sui, alterius Ecclesiastici Prælati etiam
Metropolitanus jurisdictioni se subjiciat.
ea significasti. 18. de foro comp. cap. 1. eodem tit.
in 6. Idque ob maiorem obligationem,
quām Clerici, præfertim beneficiati erga
Episcopum suum gerunt. Quā ratione eti-
am causæ Feudales coram Domino Feu-
di tractari debent: *cap. cæterum. 5. de jud:*
& alteri⁹ jurisdictioni subjici non possunt.
Idque sive vasalli Clericis sint, sive laici. *cap.*
verum. 7. de foro comp.

16. Sed neque in foro Sacramenti Pœ-
nitentia-